



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi**

**Galliffet, Joseph de**

**Romae, M.DCCXXVI.**

Episcopus Massiliensis anno 1720.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](#)

## EPISCOPUS MASSILIENSIS

22. Oct. anno 1720.

*Henricus Franciscus Xaverius de Belfunce de Castel-moron Episcopus Massiliensis, &c.*

**P**Ost eloquentem ac patheticam narrationem malorum, famam superantium, quibus Civitas florentissima ex gravissima ac diuturna pestilentia afflita ac prostrata est, tantæ calamitati remedium aliquod quærens Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus ad Cor divinissimum Jesu configuit...

Eas ob causas ut justam Dei iracundiam mitigemus, modumque afferamus metuendæ cladi quæ gregem Nobis semper charissimum depopulatur, imperavimus, & imperamus in universa Dicecesi nostra diem festum in honorem SACROSANTI COR DIS JESU. Quod festum deinceps celebrabitur quotannis feria sexta proxime sequenti octavam sanctissimi Sacramenti. Quo die, jam in aliis quibusdam hujusc regni Dicecesibus idem festum observatur. Datum Massiliae die 22. Octob. 1720.

Postea vero prima die Nov. ejusdem anni promulgato isto Pastorali mandato, Civitas Massiliensis ac Dicecesis universa SACRATISSIMO CORDI JESU publice fure consecrata, tanta cum religione & pompa, ut nihil splendidius solemniusve desiderari potuerit. Ex quo tempore ipso Prælato in aliis Mandatis attestante, pestis ita manifuste imminui coepit, nemo ut non crediderit quo die Massilia Cordi Jesu devota fuit,

eo-

eodemque pariter die, illam malis suis defunctam  
fuisse.

## CIVITATIS MASSILIENSIS Deliberatio.

### *De Voto publico circa celebrationem festi CORDIS JESU.*

Hac die. 28. Maii. 1722. Nos Joan. Petrus Mou-  
stiés, Baltazar Dieudé, Pet. Remuzat, & Joan. Bapt.  
Saint Michel, Consules Civitatis Massiliensis, &c.

**Q**uem convenissemus in civilis Consilii Basili-  
cam, præsente domino Marchione de Pilles Re-  
gio Provinciae Præfecto, & Urbis Gubernato-  
re, post lectas litteras a Domino Episcopo ad nos da-  
tas, unanimi consensu statuimus, votum Deo nuncupa-  
re stabile & irrevocabile in manibus Domini Episcopi,  
quo nos, nostrosque successores in perpetuum obstrin-  
geremus, singulis annis qua die celebratur FESTUM  
SACRI CORDIS JESU, interfuturos Missæ sa-  
crificio in Templo primi Monasterii a Visitatione dicti,  
ibidem sanctissima Eucharistiæ mysteria percepturos,  
& in expiationem criminum in dicta Urbe patratorum  
oblatuos Cereum 4. librarum pondere, qui ea die ar-  
deret coram augustissimo Sacramento. Tum rogatu-  
ros D. Episcopum, ut solemnem omnium ordinum  
supplicationem decerneret in perpetuum ejusdem diei  
vespertinis horis, ad quam ipsi accedere tenemur.  
Actum Massiliæ die & anno supradictis.

S f                      Vo-